

præter Deum, hujus martyris patrocínio nihil præferunt. De quo constat, sicut et de aliis sanctis omnibus jam cum Christo regnantibus, quod, licet ejus anima sit in cœlesti gloria, non tamen per visitationem die noctue longe est a corporis præsentia, cum quo promeruit ea quibus jam perfruitur beatæ immortalitatis gaudia. Nam, dum in æterna patria ei junguntur qui ubique totus est, de eo habet posse quidquid habuerit et velle, præter id solum, quod infatigabili desiderio concupiscit, ut per resurrectionem circumdetur stola demutatæ carnis: quoniam tunc erit perfecta beatitudo sanctorum, cum ad id fuerit, Christo largiente, perventum.

XVII. Sed de hoc sancto martyre æstimari licet cujus sit sanctitatis in hac vita, cujus caro mortua præfert quoddam resurrectionis decus sine sui labe aliqua; quando quidem eos qui hujusmodi munere donati sunt, extollant catholici Patres suæ relationis indiculo, de singulari virginitatis adepto privilegio, dicentes quod justa remuneratione etiam hic gaudent præter morem de carnis incorruptione, qui eam usque ad mortem servaverunt, non sine jugis martyrii valida persecutione. Quid enim majus

A sub charitate Christianæ fidei, quam adipisci hominem cum gratia, quod habet angelus ex natura? Unde divinum oraculum, quasi singulari quodam dono, repromittit quod *virgines sequentur Agnum, quocunque ierit* (Apo. xiv, 4). Considerandum igitur, quis iste fuerit qui, in regni culmine, inter tot divitias et luxus sæculi, semetipsum calcata petulantia vincere studuit, quod ejus ostendit caro incorrupta. Cui humano obsequio famulantes salagant illi ea placere munditia, quam ei perpetuo placuisse manifestant membra incorrupta; et si non possunt virgineo flore pudicitiae, saltem expertæ voluptatis jugi mortificatione. Quoniam, si illa sanctæ animæ invisibilis et illocabilis præsentia alicujus famulantium spurcitia offendatur, timendum est quod propheta terribiliter comminatur: *In terra sanctorum iniqua gessit, et ideo gloriam Domini non videbit* (Isai. xxvi, 10). Cujus terrore sententiæ permoti, hujus sancti Eadmundi regis et martyris imploramus patrocínium, ut nos cum sibi digne famulantibus expiet a peccatis quibus meremur supplicium, per eum qui vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.

S. ABBONIS CARMEN ACROSTICHUM

AD OTTONEM IMPERATOREM.

(Apud Fabricium *Biblioth. Lat.*, tom. III, lib. iv, cap. 1.)

OTTO	VALENS	CÆSAR	NOSTRO	TV	CEDE	COTURNO
Te	felix	atavis	quoT	cœlo	sidera	lucent
Te	dominum	sibi	Saxo	Tulit,	et	Roma
Orbis	et	ipse	capit,	solO	contentus	alumnO
Virtutum	titulis	et	Vir	cognosceris		actV
Ac	domitor	patriæ	pAcis	sectator	in	aula
Lumen	ubique	micans	jubar	Lucendo	velut	sol
Ergo	Dei	sOlita	reddEntur	sanCta	benignE	
Nec	deeriT	virtus	omNis,	qua	grAtia	culmeN
Scandit	eT	occultiS		vEnia	causiS	
Certe	nos	Omnes	tibi	Cæsar	neSciUS	et nunc
Austrasios	quæ	terra	mAnet	cereAlis	opima	
Et	fœcunda	secu	pollEt	satis	ubeRe	glebaE
Summis	cara	virIS	ac	sævis	plena	coloniS
A	patris	imperio	nonAbsit		ismaelithA	
Rexit	cum	solers	et	Regnans	induperatoR	
Nunc	Auguste	tuum	poNam	venerabile	nomen	
OTTO	VALENS	CÆSAR	NOSTRO	TV	CEDE	COTVRNO
Solus	enim	regnans	abSens,	o	CæsarIS	hæreS
Totus	avo	similis,	siTe	nova	vita	resignaT
Rex	fuit	ille	potens	Romanæ	legis	amatoR
Omne	decus	patriæ	solio	prognatus	avitO	
Tempora	pacis	erant,	Tali	dum	jure	vigereT
Vir	tantus	quem	sic	dVxi	describere	versV
Cur	ergo	nAtale	tuum,	Cur	contraHis	et nunc
Exulis	in	Bellis	defErs	pia	deBita	pompaE
Dum	vates	Bonus	opto	Dari	miraBilis	istuD
Expandes	Opus,	ipse	mEum	tractAbilis	inde	
Cæsar	ut	invictis	sCuto	minutus	et	ex hoc
Omnibus	utilior,	mirO	datus	ante	triumphO	
Terribilis	clemens	tuTo	diademate		risiT	
Vultus	avi	patrisque	tVi	præclarus	amictV	
Rursus	uterque	fuit	diRo	sub	tempore	VictoR
Nunc	unum	vivens	digNum	cum	patre	vocameN
OTTO	VALENS	CÆSAR	NOSTRO	TU	CEDE	COTURNO